

SERIE LETTRES ET ARTS
LATIN
Spe' Lit et ARTS

Le voleur pillant un autel

Lucernam fur accendit ex ara Iouis 1
ipsumque compilauit ad lumen suum.
Onustus qui sacrilegio cum discederet¹,
repente uocem sancta misit Religio:
"Malorum quamuis ista fuerint munera 5
mihique inuisa ut non offendar surripi²,
tamen, sceleste, spiritu culpam lues,
olim cum ascriptus uenerit poenae dies.
Sed ne ignis noster facinori praeluceat,
per quem uerendos excolit pietas deos, 10
ueto esse tale luminis commercium".
Itaque hodie nec lucernam de flamma deum
nec de lucerna fas est accendi sacrum.
Quot res contineat hoc argumentum utiles,
non explicabit alius quam qui repperit³. 15
Significat primo saepe quos ipse alueris,
tibi inueniri maxime contrarios;
secundum ostendit scelera non ira deum,
fatorum dicto sed puniri tempore⁴;
nouissime interdicat ne cum malefico 20
usum bonus consociet ullius rei.

Phèdre, fables, IV, 11

¹ Construire : *Qui cum discederet onustus sacrilegio...*

² Construire : *quamuis ista munera fuerint malorum mihique inuisa <fuerint> ut non offendar <ea> surripi*

³ Le fabuliste intervient ici pour expliciter l'utilité du récit exemplaire qu'il vient de proposer.

⁴ Construire : *sed puniri fatorum dicto tempore.*

Série Lettres et Arts Latine
Spé LM et Arts -

Rien n'est sacré pour Verrès

Les Verrines sont l'ensemble de discours prononcés et écrits par Cicéron contre Verrès qui, gouvernant la Sicile de 73 à 71, l'avait scandaleusement mise à sac. Le De Signis regroupe tous les vols d'oeuvres d'art commis par Verrès.

L'énumération des vols faits à des particuliers s'achève sur ce que Cicéron présente comme un crime d'autant plus intolérable qu'il a atteint le plus grand des dieux et ce, à Rome même : le candélabre d'or que Verrès a dérobé au roi de Syrie Antiochus était en effet destiné par ce dernier au temple de Jupiter Capitolin (Antiochus n'avait pas laissé son présent à Rome parce qu'il n'avait pas obtenu ce qu'il voulait et que le temple du Capitole était en réfection ; rentrant en Syrie, il s'était arrêté en Sicile.)

In istius lenonis¹ turpissimi domo simul cum ceteris Chelidonis hereditariis² ornamentis Capitoli ornamenta ponentur? Quid huic sacri umquam fore aut quid religiosi fuisse putatis qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat, qui in iudicium ueniat ubi ne precari quidem Iouem Optimum Maximum atque ab eo auxilium petere more omnium possit? A quo etiam di immortales sua repetunt in eo iudicio quod hominibus ad suas res repetendas est constitutum. Miramur Athenis Mineruam, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Pergae Dianam, multos praeterea ab isto deos tota Asia Graeciaque uiolatos, qui a Capitolio manus abstinere non potuerit? Quod priuati homines de suis pecuniis ornant ornaturique sunt, id C. Verres ab regibus ornari non passus est. Itaque hoc nefario scelere concepto nihil postea tota in Sicilia neque sacri neque religiosi duxit esse; ita sese in ea prouincia per triennium gessit ut ab isto non solum hominibus uerum etiam dis immortalibus bellum indictum putaretur.

Cicéron, Seconde action contre Verrès
IV, les œuvres d'art, xxxii, 71

¹ L'expression désigne Verrès, dont les rapports avec une courtisane sont tout de suite évoqués, et dont les mœurs dépravées sont par ailleurs régulièrement attaquées dans les *Verrines*.

² Chélidon, une courtisane, avait légué ses biens à Verrès.

LES GAULOIS SONT LES ENNEMIS DES DIEUX

Fonteius, qui avait administré la province de Gaule en tant que préteur, était accusé par les Gaulois d'un certain nombre de méfaits et une délégation allobroge était venue à Rome pour témoigner. Cicéron entreprend ici de déconsidérer les témoins ...

Quae¹ tantum a ceterarum gentium more ac natura dissentiunt, quod ceterae pro religionibus suis bella suscipiunt, istae contra omnium religiones; illae in bellis gerendis ab dis immortalibus pacem ac veniam petunt, istae cum ipsis dis immortalibus bella gesserunt. Hae sunt nationes quae quondam tam longe ab suis sedibus Delphos usque ad Apollinem Pythium atque ad oraculum orbis terrae vexandum ac spoliandum profectae sunt². Ab isdem gentibus sanctis et in testimonio religiosus obsessum Capitolium³ est atque ille Iuppiter cuius nomine maiores nostri vincit testimoniorum fidem esse voluerunt. Postremo his quicquam sanctum ac religiosum videri potest qui, etiam si quando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant, ut ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelere violarint? Quis enim ignorat eos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolatorum?

Cicéron
Pour D. Fonteius, 30-31

¹ quae = nationes Gallicae

² Cette tentative, qui se révéla infructueuse, eut lieu en 279 av. J.-C.

³ Allusion à la prise de Rome par les Gaulois en 390 av. J.-C.

IL FAUT SOIGNEUSEMENT DISTINGUER RELIGION ET SUPERSTITION

Nam, ut uere loquamur, superstitio fusa per gentis¹ oppressit omnium fere animos atque hominum inbecillitatem occupauit. Quod et in iis libris dictum est, qui sunt de natura deorum, et hac disputatione² id maxime³ egimus. Multum enim et nobismet ipsis et nostris profuturi uidebamus, si eam funditus sustulissemus. Nec uero (id enim diligenter intellegi uolo) superstitione tollenda religio tollitur. Nam et maiorum instituta tueri sacris caerimoniisque retinendis sapientis est, et esse praestantem aliquam aeternamque naturam, et eam suspiciendam admirandamque hominum generi pulchritudo mundi ordoque rerum caelestium cogit confiteri. Quam ob rem, ut religio propaganda etiam est, quae est iuncta cum cognitione naturae, sic superstitionis stirpes omnes eligendae. Instat enim et urget et, quo te cumque uerteris, persequitur, siue tu uatem siue tu omen audieris, siue immolaris siue auem aspexeris, si Chaldaeam, si haruspicem uideris, si fulserit, si tonuerit.

Cicéron, De la Divination
2, 148-149

¹ *gentis* = *gentes*

² *hac disputatione* : le terme *disputatio* désigne un dialogue philosophique comme l'est le *De diuinatione*.

³ *maxime* = *maxime*

Invocation liminaire

Au début de son ouvrage sur l'Economie rurale (Res rusticae), Varron, s'adressant à son épouse Fundania qui vient d'acheter une propriété, présente l'objectif de son œuvre ; avant d'entreprendre tout développement particulier, il formule, à la manière des poètes, une invocation aux dieux.

Neque patiar¹ Sibyllam non solum cecinisse quae, dum uiueret, prodessent hominibus, sed etiam quae² cum perisset ipsa, et id etiam ignotissimis quoque hominibus, ad cuius libros³ tot annis post publice solemus redire, cum desideramus quid faciendum sit nobis ex aliquo portento ; me, ne dum uiuo quidem, necessariis meis quod prosit facere⁴ ! Quocirca scribam tibi tres libros indices, ad quos reuertare⁵, siqua in re quaeres quemadmodum quidque te in colendo oporteat facere. Et quoniam, ut aiunt, dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos, nec⁶, ut Homerus et Ennius, Musas, sed duodecim deos Consentis⁷ ; neque tamen eos urbanos, quorum imagines ad forum auratae stant, sex mares et feminae totidem, sed illos XII deos, qui maxime agricolarum duces sunt. Primum, qui omnis⁸ fructos agri culturae caelo et terra continent, Iouem et Tellurem : itaque, quod ii parentes, magni dicuntur, Iuppiter pater appellatur, Tellus terra mater. Secundo Solem et Lunam, quorum tempora obseruantur, cum quaedam seruntur et conduntur. (...)

Varron, *Economie rurale*
I, 1, 3-5

¹ Varron a auparavant rappelé son grand âge (80 ans), et insisté sur son désir de donner à sa femme des conseils auxquels elle puisse recourir même après sa mort.

² *sed etiam quae <prodessent hominibus> cum perisset ipsa*

³ Les livres Sibyllins, achetés par l'un des Tarquins à la Sibylle de Cumes. Ils étaient officiellement consultés par les *XV uiri sacris faciundis* lorsqu'un prodige révélait la colère des dieux.

⁴ L'infinitive *me... facere* est complément de *patiar* au début de la phrase, comme *Sibyllam... cecinisse*.

⁵ *reuertare = reuertaris*.

⁶ *nec <inuocabo>*

⁷ *deos Consentis = deos Consentes*. Les *Dei Consentes* formaient un collège de douze divinités qui, à la fin de la République, avaient un temple (*aedes*) au pied du *clivus Capitolinus*, avec un portique dont les niches abritaient douze statues de bronze doré. Mais les douze dieux qu'invoque Varron sont des dieux rustiques (voir la suite du texte), choisis en relation avec le sujet de son oeuvre.

⁸ *Omnis = omnes*.

La *religio* avant tout

Omnia namque post religionem ponenda¹ semper nostra ciuitas duxit, etiam in quibus summae maiestatis conspici decus uoluit. Quapropter non dubitauerunt sacris imperia² seruire, ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si diuinæ potentiae bene atque constanter fuissent famulata.

Quod animi iudicium in priuatorum quoque pectoribus uersatum est: urbe enim a Gallis capta³, cum flamen Quirinalis uirginesque Vestales sacra onere partito ferrent, easque pontem Sublicium transgressas et cliuum qui ducit ad Ianiculum ascendere incipientes L. Albanius, plaustro coniugem et liberos uehens, aspexisset, propior publicae religioni quam priuatae caritati suis ut plaustro descenderent imperauit atque in id uirgines et sacra imposita omisso coepto itinere Caere oppidum peruexit, ubi cum summa ueneratione recepta⁴. Grata memoria ad hoc usque tempus hospitalem humanitatem testatur : inde enim institutum est sacra « caerimonias » uocari, quia Caeretani ea infracto rei publicae statu perinde ac florente sancte coluerunt.

Valère - Maxime
Faits et dits mémorables
I, 1, 9 - 10

¹ Sous-entendre *esse* (*omnia... ponenda <esse>*).

² *Imperia* : les « titulaires du pouvoir ». La phrase fait transition : dans les *exempla* précédents, il était question de magistrats et de prêtres ; il va maintenant être question de *priuati*.

³ En 390 av. J.-C.

⁴ *recepta <sunt>*

POMPEE AURAIT DU PRENDRE GARDE AUX PRESAGES

Cn. etiam¹ Pompeium Iuppiter omnipotens abunde monuerat ne cum C. Caesare ultimam belli fortunam experiri contenderet, egresso a Dyrrachio aduersa agmini eius fulmina iaciens², examinibus apium signa obscurando, subita tristitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga. Sed inuictae leges necessitudinis pectus alioquin procul amentia remotum prodigia ista iusta aestimatione perpendere passae non sunt. Itaque, dum illa eleuat³, auctoritatem amplissimam et opes priuato fastigio excelsiores omniaque ornamenta, quae ab ineunte adulescentia ad inuidiam usque contraxerat, spatio unius diei confregit. Quo⁴ constat in delubris deum⁵ sua sponte signa conuersa⁶, militarem clamorem strepitumque armorum adeo magnum Antiochiae et Ptolemaide auditum, ut in muros concurreretur, sonum tympanorum Pergami abditis delubri editum, palmam uiridem Trallibus in aede Victoriae sub Caesaris statua inter coagmenta lapidum iustae magnitudinis⁷ enatam. Quibus apparet caelestium numen et Caesaris gloriae fauisse et Pompei errorem inhibere uoluisse.

Valère - Maxime
Faits et dits mémorables
I, 1, 6, 12

¹ Valère Maxime vient de donner d'autres exemples de généraux romains qui ont ignoré les présages.

² construire : *iaciens fulmina aduersa agmini eius egresso a Dyrrachio*.

³ *eleuare* : « prendre à la légère »

⁴ *quo* : « ce jour là »

⁵ *deum* = *deorum*

⁶ *conuersa* = *conuersa esse* — il faut aussi suppléer *esse* après *auditum*, *editum*, *enatam*.

⁷ *iustae magnitudinis* : génitif de qualité qui porte sur *palmam* = « un palmier de grande taille ».

Série Lettres et Arts Latin
Spé LM et arts

Trahi par sa maîtresse, le poète-amant s'en prend aux dieux

Esse deos, i, crede — fidem iurata fefellit, 1
et facies illi, quae fuit ante, manet!
Quam longos habuit nondum periura capillos,
tam longos, postquam numina laesit, habet.
Candida candorem roseo suffusa rubore 5
ante fuit — niueo lucet in ore rubor.
Pes erat exiguus — pedis est artissima forma.
Longa decensque fuit — longa decensque manet.
Argutos habuit — radiant ut sidus ocelli,
per quos mentita est perfida saepe mihi. 10
Scilicet aeterni falsum iurare puellis
di¹ quoque concedunt, formaque numen habet.
Perque suos illam nuper iurasse² recordor
perque meos oculos: en doluere³ mei!
Dicite, di, si uos inpune fefellerat illa, 15
alterius meriti cur ego damna tuli?
An non inuidiae uobis Cephēia uirgo est,
pro male formosa iussa parente mori⁴?

Ovide, Amores
III, 3, v. 1-18

¹ di = dei. De même au v. 15.

² iurasse = iurauisse.

³ doluere = doluerunt

⁴ La « fille de Céphée » est Andromède : sa mère, Cassiopée, avait trop vanté sa beauté (d'où *male formosa*) et celle de sa fille ; les Nymphes de la mer, les Néréides en conçurent de la jalousie et demandèrent à leur père, Neptune, de les venger. La jeune fille fut livrée à un monstre, puis fut sauvée par Persée.

UN POÈTE ELEGIAQUE N'A QUE FAIRE DE L'AIDE DE JUPITER

Ausus eram, memini, caelestia dicere bella
centimanumque Gygen – et satis oris erat –
cum male se Tellus ulta est, ingestaque Olympo
ardua deuexum Pelion Ossa tulit¹.
In manibus nimbos et cum Ioue fulmen habebam,
quod bene pro caelo mitteret ille suo.
Clausit amica fores ! ego cum Ioue fulmen omisi ;
excidit ingenio Iuppiter ipse meo.
Iuppiter, ignoscas ! nil me tua tela iuuabant ;
clausa tuo maius ianua fulmen habet.
Blanditias elegosque leuis², mea tela, resumpsi ;
mollierunt duras lenia uerba fores.
Carmina sanguineae deducunt cornua lunae,
et reuocant niueos solis euntis equos ;
carmine dissiliunt abruptis faucibus angues,
inque suos fontes uersa recurrit aqua.
Carminibus cessere fores, insertaque posti,
quamuis robur erat, carmine uicta sera est.
Quid mihi profuerit uelox cantatus Achilles ?

Ovide, Les Amours
2, 1, v. 11-29

¹ L'Ossa et le Pélion sont des montagnes proches du mont Olympe. Il s'agit d'une allusion à un épisode de la Gigantomachie. Pour atteindre le séjour des dieux, les Géants – fils de la Terre – avaient hissé l'Ossa sur l'Olympe. Voulant réduire à rien l'œuvre des Géants, Zeus utilisa son foudre ; mais il toucha le Pélion tout proche.

² leuis = leues

RENCONTRE DE MARS ET DE RHEA SIVIA

Ovide s'adresse ici au dieu Mars : pour se le concilier il lui rappelle que les dieux ont plus d'une fonction et que c'est à lui que l'on doit la fondation de Rome.

Iipse uides manibus peragi fera bella Mineruae :

num minus ingenuis artibus illa uacat ?

Palladis exemplo ponendae tempora sume

cuspidis : inuenies et quod inermis agas¹.

Tunc quoque inermis eras, cum te Romana sacerdos

cepit, ut huic urbi semina magna dares.

Silvia Vestalis (quid enim uetat inde moueri ?²)

sacra lauaturas mane petebat aquas.

Ventum erat ad molli decliuem tramite ripam ;

ponitur e summa fictilis urna coma :

fessa resedit humo, uentosque accepit aperto

pectore, turbatas restituitque comas.

Dum sedet, umbrosae salices uolucresque canorae

fecerunt somnos et leue murmur aquae ;

blanda quies furtim uictis obrepsit ocellis,

et cadit a mento languida facta manus.

Mars uidet hanc uisamque cupit potiturque cupita,

et sua diuina furta fefellit ope.

Somnus abit, iacet ipsa grauis ; iam scilicet intra

uiscera Romanae conditor urbis erat.

Ovide, Fastes, 3, v. 5-24.

¹ *et quod inermis agas* : compr. : *quod et inermis agas*.

² *quid enim uetat inde moueri* ? : traduire : « en effet, qu'est-ce qui m'interdit de commencer mon récit à cet endroit ? »

JUPITER DECIDE DE METTRE FIN AU DELUGE

Mons ibi¹ uerticibus petit arduus astra duobus,
nomine Parnasos, superantque cacumina nubes.
Hic ubi Deucalion (nam cetera texerat aequor)
cum consorte tori parua rate uectus adhaesit,
Corycidas nymphas et numina montis adorant
fatidicamque Themis, quae tunc oracula tenebat².
Non illo melior quisquam nec amantior aequi
uir fuit aut illa metuentior³ ulla deorum.
Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem
et superesse uirum de tot modo milibus unum,
et superesse uidit de tot modo milibus unam,
innocuos ambo, cultores numinis ambo,
nubila disiecit nimbisque aquilone remotis
et caelo terras ostendit et aethera terris.
Nec maris ira manet, positoque tricuspile telo
mulcet aquas rector pelagi supraque profundum
exstantem atque umeros innato murice tectum
caeruleum Tritona uocat conchaeque sonanti
inspirare iubet fluctusque et flumina signo
iam reuocare dato.

Ovide, Métamorphoses
I, v 316 - 335

¹ *ibi* : « à cet endroit », c'est-à-dire en Phocide

² *oracula* = *oracula* — *tenebat* = *reddebat*

³ *metuens* est suivi du génitif — *illa* est un ablatif

La piété récompensée : Philémon et Baucis

Réunis autour du dieu-fleuve Achéloüs, les compagnons de Thésée discutent de l'étendue du pouvoir des dieux, de la capacité de ceux-ci, en particulier, à accomplir des métamorphoses. Un des compagnons, Lélex, présente alors un récit qui, à son avis, emportera l'adhésion de tous sur ce point. Un jour, Jupiter et Mercure faisant route en Phrygie, vêtus comme de simples mortels, avaient demandé l'hospitalité aux habitants. Tous les avaient rejetés. Seuls Philémon et Baucis, couple de vieillards très unis et très modestes, se montrèrent envers leurs hôtes inconnus particulièrement hospitaliers et généreux, en leur offrant quantité de mets rustiques pris dans leurs réserves. Voyant se renouveler sans cesse le vin qu'ils servaient, Philémon et Baucis ont pressenti qu'ils se trouvaient en présence de dieux.

Vnicus anser erat, minimae custodia uillae: 1
quem dis hospitibus domini mactare parabant;
ille celer penna tardos aetate fatigat
eluditque diu tandemque est uisus ad ipsos
confugisse deos: superi uetuer¹ necari 5
"di" que "sumus, meritasque luet uicinia poenas
impia" dixerunt; "uobis immunibus huius
esse mali dabitur; modo uestra relinquit tecta
ac nostros comitate gradus et in ardua montis
ite simul!" Parent ambo baculisque leuati 10
nituntur longo uestigia ponere cliuo.
Tantum aberant summo quantum semel ire sagitta
missa potest: flexere² oculos et mersa palude
cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere,
dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum, 15
illa uetus dominis etiam casa parua duobus
uertitur in templum: furcas subiere³ columnae,
stramina flaescunt aurataque tecta uidentur
caelataeque fores adopertaque marmore tellus.

Ovide, Métamorphoses,
VIII, 684-702

¹ uetuer = uetuerunt

² flexere = flexerunt

³ subiere = subierunt

Serie Lettres et Arts Latin
Spéc Let et arts

PRIERE AUX DIEUX DE ROME¹

Di, precor, Aeneae comites, quibus ensis et ignis
cesserunt, dique Indigetes genitorque Quirine
urbis et inuicti genitor Gradiue Quirini
Vestaque Caesareos inter sacrata penates,
et cum Caesarea tu, Phoebe domestice, Vesta,
quique tenes altus Tarpeias Iuppiter arces,
quosque alios uati fas appellare piumque est :
tarda sit illa dies et nostro senior aeuo,
qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
accedat caelo faueatque precantibus absens !
Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira nec ignis
nec poterit ferrum nec edax abolere uetustas.
Cum uolet, illa dies, quae nil nisi corporis huius
ius habet, incerti spatium mihi finiat aevi :
parte tamen meliore mei super alta perennis
astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum,
quaque patet domitis Romana potentia terris,
ore legar populi, perque omnia saecula fama,
siquid habent ueri uatum praesagia, uiuam.

Ovide, *Métamorphoses*
XV, v. 861 - 879

¹ Il s'agit ici des derniers vers des *Métamorphoses* d'Ovide.

Apothéose de Daphnis

Dans la Cinquième Bucolique, deux bergers, Mopsus et Ménalque, présentent chacun un chant consacré à Daphnis, l'illustre pâtre sicilien, représentant de la poésie pastorale dont il est même parfois tenu pour l'inventeur. Mopsus, dans son chant, s'est concentré sur la mort de Daphnis et la déploration universelle qui l'accompagne. Ménalque, dont le chant commence ici, se tourne vers son apothéose.

ME - Candidus insuetum miratur limen Olympi 1

sub pedibusque uidet nubes et sidera Daphnis.

Ergo alacris siluas et cetera rura uoluptas

Panaque pastoresque tenet Dryadasque puellas.

Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis 5

ulla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.

Ipsi laetitia uoces ad sidera iactant

intonsi montes; ipsae iam carmina rupes,

ipsa sonant arbusta: « deus, deus ille, Menalca! »

Sis bonus o felixque tuis! En quattuor aras: 10

ecce duas tibi, Daphni, duas altaria¹ Phoebo.

Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis

craterasque duo² statuam tibi pinguis oliui,

et multo in primis hilarans conuiuia Baccho

(ante focum, si frigus erit; si messis³, in umbra) 15

uina nouum fundam calathis Ariusia nectar⁴.

Virgile, Bucoliques
V, 56-71

¹ Sous-entendre *aras* à chaque fois avec *duas* ; *altaria* est apposé au second *duas* (*aras*).

² *Crateras... duo* : les deux mots vont bien ensemble et sont à l'accusatif pluriel.

³ Sous-entendre *erit*. Virgile peut avoir en tête deux fêtes auxquelles il fait allusion plus loin dans le poème : fêtes de Bacchus se célébrant à l'automne - quand il fait déjà froid - et Ambarvales, fête mobile qui finit par se fixer le 29 mai, un peu avant la moisson.

⁴ Construire : *uina Ariusia, nouum nectar, fundam calathis*.

Série Lettres et Arts Latin
Spé LM et arts

RENCONTRE ENTRE UN ROI LEGENDAIRE ET UN DEMI-DIEU

L'épisode se situe dans le Latium, bien avant que Rome y soit fondée. Hercule, qui passe par là en ramenant les bœufs qu'il a pris à Geryon, décide de s'arrêter sur les bords du Tibre pour laisser son troupeau se reposer et dormir un peu. À son réveil, il s'aperçoit qu'un certain nombre de bêtes lui ont été dérobées ; alerté par le mugissement des bœufs, il trouve le coupable, un brigand nommé Cacus, et le tue d'un coup de massue ; mais Cacus a eu le temps d'appeler à son secours les bergers des environs ...

Euander tum ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis quam imperio regebat loca, uenerabilis uir miraculo litterarum¹, rei nouae inter rudes artium homines, uenerabilior diuinitate credita Carmentae matris, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam aduentum miratae eae gentes fuerant. Is tum Euander concursu pastorum trepidantium circa aduenam manifestae reum caedis excitus postquam facinus facinorisque causam audiuit, habitum formamque uiri aliquantum ampliolem augustiolemque humana intuens, rogitat qui uir esset. Vbi nomen patremque ac patriam accepit, « Ioue nate, Hercules, salue, » inquit ; « te mihi mater, ueridica interpres deum, aucturum² caelestium numerum cecinit, tibi que aram hic dicatum iri quam opulentissima olim³ in terris gens maximam uocet tuoque ritu colat. » Dextra Hercules data accipere se omen impleturumque⁴ fata ara condita ac dicata ait. Ibi tum primum boue eximia capta de grege sacrum Herculi, adhibitibus ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quae tum familiae maxime inclitae ea loca incolebant, factum.

Tite-Live
Histoire romaine
I, 7, 8-12

¹ *litterae* : « l'écriture »

² comprendre : *aucturum esse*

³ *olim* : « un jour »

⁴ comprendre : *impleturumque esse*

Rome ne serait rien sans ses dieux

Après avoir libéré Rome de l'envahisseur gaulois, Camille est amené à sauver sa patrie une seconde fois, nous dit Tite-Live, en s'opposant à un projet de migration des Romains à Véies. Dans le grand discours qu'il prononce contre ce projet, Camille montre comment ce dernier tient du sacrilège, si l'on considère notamment le rôle joué par les dieux en faveur de Rome...

Igitur¹ uicti captique ac redempti tantum poenarum dis² hominibusque dedimus ut terrarum orbi documento essemus. Aduersae deinde res admonuerunt religionum. Confugimus in Capitolium ad deos, ad sedem Iouis optimi maximi ; sacra in ruina rerum nostrarum alia terra celauimus, alia auecta in finitimas urbes amouimus ab hostium oculis ; deorum cultum deserti ab dis hominibusque tamen non intermisimus. Reddidere³ igitur patriam et uictoriam et antiquum belli decus amissum, et in hostes qui, caeci auaritia, in pondere auri foedus ac fidem fefellerunt⁴, uerterunt terrorem fugamque et caedem.

Haec culti neglectique numinis tanta monumenta in rebus humanis cernentes ecquid sentitis, Quirites, quantum uixdum e naufragiis prioris culpa cladisque emergentes paremus nefas? Urbem auspicato inauguratoque conditam habemus; nullus locus in ea non religionum deorumque est plenus; sacrificiis sollemnibus non dies magis statim quam loca sunt⁵ in quibus fiant. Hos omnes deos publicos priuatosque, Quirites, deserturi estis?

Tite-Live
Histoire romaine
V, 51, 8-52, 3

¹ Camille vient de dire que les malheurs subis par les Romains, avant leur victoire finale sur les Gaulois, mais aussi sur les Véiens avant ceux-ci, étaient sans nul doute liés à leur mépris des dieux, à plusieurs négligences commises à leur égard.

² dis = deis

³ reddidere = reddiderunt

⁴ Allusion à l'épisode de la pesée de l'or qui devait servir de rançon au peuple romain : les poids apportés par les Gaulois étaient faux et « comme le tribun protestait, le Gaulois [le roitelet Brennus] ajouta son épée dans la balance et prononça cette phrase qu'un Romain ne saurait supporter : « malheur aux vaincus ! ». Camille était survenu de façon providentielle avant la fin du marchandage.

⁵ Construire *dies non magis statim sunt quam loca...*

UN CONFLIT SOCIAL QUI TOUCHE A LA RELIGIO

Tibicines, quia prohibiti a proximis censoribus erant in aede Iouis uesci quod traditum antiquitus erat, aegre passi, Tibur uno agmine abierunt, adeo ut nemo in urbe esset qui sacrificiis praecineret. Eius rei religio tenuit senatum legatosque Tibur miserunt : 'darent operam ut ii homines Romanis restituerentur'. Tiburtini benigne polliciti primum accitos eos in curiam hortati sunt uti reuerterentur Romam ; postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos adgrediuntur. Die festo alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum inuitant, et uino, cuius audum ferme id genus est, oneratos sopiunt atque ita in plaustra somno uinctos coniciunt¹ ac Romam deportant ; nec prius sensere² quam plaustri in foro relictis plenos crapulae eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus, impetratoque ut manerent, datum³ ut triduum quotannis ornati cum cantu atque hac quae nunc sollemnis est licentia per urbem uagarentur, restitutumque⁴ in aede uescendi ius iis qui sacris praecinerent.

Tit - live, Histoire romaine
IX - 30, 5 - 10

¹ *coniciunt* : voir dans le Gaffiot à *conjicio*.

² *sensere* = *senserunt* — le sujet est *tibicines*.

³ *datum* = *datum est* — *dare ut* + subj. : « permettre que »

⁴ *restitutumque* = *restitutumque est*

Série Lettres et Arts Latins
Spé LH et arts.

LES DIEUX PAÏENS SONT L'OBJET DE LEGENDES ABSURDES

C'est ici un chrétien qui s'exprime

Considera deinde sacra ipsa et ipsa mysteria : inuenies exitus tristes, fata et funera et luctus atque planctus miserorum deorum. Isis perditum filium cum Cynocephalo¹ suo et caluis sacerdotibus luget, plangit, inquit, et Isiaci miseri caedunt pectora et dolorem infelicissimae matris imitantur ; mox inuento paruulo gaudet Isis, exultant sacerdotes, Cynocephalus inuentor gloriatur, nec desinunt annis omnibus uel perdere quod inueniunt uel inuenire quod perdunt. Nonne ridiculum est uel fugere quod colas uel colere quod lugeas ? Haec tamen Aegyptia quondam nunc et sacra Romana sunt. Ceres, facibus accensis et serpente circumdata, errore subreptam et corruptam Liberam anxia et sollicita uestigat : haec sunt Eleusinia. Et quae Iouis sacra sunt ? Nutrix capella est et auido patri subtrahitur infans ne uoretur, et Corybantum cymbalis, ne pater audiat uagitus, tinnitus eliditur.

Dinucius Felix
Octavius, 22, 1-3

¹ *Cynocephalus* : il s'agit d'une manière de désigner Anubis.

Série Lettres et Arts Latin
Spé LM et arts.

REPONSE D'UN CHRETIEN A UN PAÏEN

Putatis autem nos occultare quod colimus, si delubra et aras non habemus ? Quod enim simulacrum deo fingam, cum, si recte existimes, sit dei homo ipse simulacrum ? Templum quod ei extruam, cum totus hic mundus eius opere fabricatus eum capere non possit ? Et cum homo latius maneam, intra unam aediculam uim tantae maiestatis includam ? Nonne melius in nostra dedicandus est mente, in nostra immo consecrandus est pectore ? Hostias et uictimas deo offeram, quas in usum mei protulit, ut reiciam¹ ei suum munus ? Ingratum est, cum sit litabilis hostia bonus animus et pura mens et sincera sententia. Igitur, qui innocentiam colit, deo supplicat ; qui iustitiam, deo libat ; qui fraudibus abstinet, propitiat deum ; qui hominem periculo subripit, optimam uictimam caedit. Haec nostra sacrificia, haec dei sacra sunt ; sic apud nos religiosior est ille qui iustior.

Ninucius Felix, Octavius
32, 1-3

¹ *reiciam* : voir dans le Gaffiot à *rejicio*.

Sesui longius vivente
Latim

Les Marseillais, assiégés, implorent les dieux de leur donner la victoire

Marseille, durant la Guerre Civile, est un théâtre d'affrontements notable. César en fait le siège, tandis que Pompée envoie Nasidius au secours de L. Domitius et des Marseillais. Ceux-ci, après un premier revers, remettent d'aplomb leur flotte et sont encouragés par Nasidius à reprendre les hostilités contre Brutus, qui conduit les troupes césariennes.

Facile erat, ex castris C. Trebonii¹ atque omnibus superioribus locis, prospicere in urbem, ut omnis iuventus, quae in oppido remanserat, omnesque superioris aetatis cum liberis atque uxoribus ex publicis locis custodiisque aut e muro ad caelum manus tenderent, aut templa deorum immortalium adirent et ante simulacra proiacti victoriam ab diis exposcerent. Neque erat quisquam omnium, quin in eius diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret. Nam et honesti ex iuventute et cuiusque aetatis amplissimi nominatim evocati atque obsecrati naves conscenderant ut, si quid adversi accidisset, ne ad conandum quidem sibi quicquam reliqui³ fore viderent; si superavissent, vel domesticis opibus vel externis auxiliis de salute urbis confiderent. Commisso proelio Massiliensibus res nulla ad virtutem defuit; sed memores eorum praeceptorum, quae paulo ante ab suis acceperant², hoc animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur.

César, De bello civili
II, 5-6

¹ C. Trebonius est un légat de César.

² Allusion aux exhortations de Nasidius.

³ Construite quicquam reliqui sur le modèle de "quid boni" (neutre + gén. - partitif)

Les Druides : leurs privilèges, leurs croyances

Après avoir parlé de la puissance politique et judiciaire des Druides, qui leur vaut d'importants privilèges et explique que beaucoup de Gaulois se rendent auprès d'eux, César expose leur formation et leur doctrine.

Druides a bello abesse consueverunt neque tributa una cum reliquis pendunt; militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi¹ in disciplinam conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vices in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus Graecis litteris utantur. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgum disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt, litteris confisos minus memoriae studere: quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto. Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt.

César, De bello Gallico
VI, 14

¹ Comprendre et traduire *multi* <Galli>.

Les dieux sont favorables à l'accession à la royauté de Numa

Tite-Live dresse le catalogue des rois de Rome. Romulus étant mort, le trône est vacant. Romains et Sabins décident que le plus qualifié pour lui succéder est Numa, mais ce dernier, empreint d'une grande vertu et d'une grande piété, veut d'abord obtenir des signes favorables des dieux. Un augure demande donc l'avis de Jupiter.

Accitus, sicut Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus est, de se quoque deos consuli iussit¹. Inde ab augure, cui deinde honoris ergo publicum id perpetuumque sacerdotium fuit, deductus in arcem, in lapide ad meridiem versus consedit. Augur ad laevam eius capite uelato sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellarunt. Inde ubi prospectu in urbem agrumque capto deos precatus regiones ab oriente ad occasum determinavit, dextras ad meridiem partes, laevas ad septentrionem esse dixit; signum contra quo longissime conspectum oculi ferebant animo finiuit. Tum, lituo in laevam manum translato, dextra in caput Numae imposita, ita precatus est : "Iuppiter pater, si est fas hunc Numam Pompilium cuius ego caput teneo regem Romae esse, uti tu signa nobis certa adclarassis² inter eos fines quod feci." Tum peregit verbis auspicia quae mitti vellet. Quibus missis, declaratus rex Numa de templo descendit.

Tite-Live
I, 18, 6 - 10

¹ Le sujet de cette phrase est Numa.

² *adclarassis* = *adclaraueris*.

L'avenir est-il écrit par les dieux ?

Selon l'épicurien Velléius, que Cicéron met en scène dans ce premier livre, les stoïciens, représentés dans le dialogue par Balbus, n'ont pas compris que le monde était constitué d'atomes, si bien que « ne voyant pas comment la nature peut arriver à ce résultat sans l'aide de quelque intelligence, étant incapables de trouver un dénouement à votre pièce, vous avez recours à un dieu, comme les poètes tragiques ».

Itaque inposuistis in cervicibus nostris sempiternum dominum, quem dies et noctes timeremus. Quis enim non timeat omnia providentem et cogitantem et animadvertentem et omnia ad se pertinere putantem curiosum et plenum negotii deum ? Hinc vobis exstitit primum illa fatalis necessitas, quam εἰμαρμένην¹ dicitis, ut quicquid accidat id ex aeterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicatis. Quanti autem haec philosophia aestimandast² cui, tamquam aniculis (et his quidem indoctis), fato fieri videantur omnia ? Sequitur μαντική³ vestra, quae Latine « divinatio » dicitur, qua tanta inbueremur superstitione si vos audire vellemus ut haruspices, augures, harioli, vates, coniectores nobis essent colendi.

His terroribus ab Epicuro soluti et in libertatem vindicati nec metuimus eos quos intellegimus nec sibi fingere ullam molestiam nec alteri quaerere, et pie sancteque colimus naturam excellentem atque praestantem.

Cicéron, *De la nature des dieux*, I, 54-56.

¹ Lire : heimarménēn, « le destin ».

² aestimandast = aestimanda est.

³ Lire : mantikē, « la divination ».

le mot est à l'accusatif.
le mot est au nominatif.

Comparaison entre l'homme de bien et Dieu

Sénèque, au tout début du *De Providentia*, entreprend de répondre à une question de Lucilius : pourquoi, si la Providence existe, tant de maux arrivent-ils aux hommes de bien ? Il affirme vouloir « plaider la cause des dieux », c'est-à-dire expliquer les phénomènes qui paraissent confus et injustifiés. Après quelques exemples, il entreprend de préciser le lien entre les dieux et les hommes.

Suo ista¹ tempori reseruentur, eo quidem magis quod tu non dubitas de providentia, sed quereris. In gratiam te reducam cum diis, aduersus optimos optimis. Neque enim rerum natura patitur ut umquam bona bonis noceant. Inter bonos uiros ac deos amicitia est conciliante uirtute. Amicitiam dico ? immo etiam necessitudo et similitudo, quoniam quidem bonus tempore tantum a deo differt, discipulus eius aemulatorque et uera progenies, quam parens ille magnificus, uirtutum non lenis exactor, sicut seueri patres, durius educat. Itaque, cum uideris bonos uiros acceptosque diis laborare, sudare, per arduum escendere, malos autem lasciuire et uoluptatibus fluere, cogita filiorum nos modestia delectari, uernularum licentia, illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de deo liqueat : bonum uirum in deliciis non habet ; experitur, indurat, sibi illum parat.

Sénèque, De Providentia
I, 4-6

¹ *Ista* désigne les considérations dont il vient d'être question (observation des phénomènes naturels, qui, derrière leur apparence, cachent un ordre, un rythme, et des causes explicables).

Eloge d'Epicure

Humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris, oppressa gravi sub religione
quae caput a caeli regionibus ostendebat
horribili super aspectu mortalibus instans, 65
primum Graius homo mortalis tollere contra
est oculos ausus primusque obsistere contra ;
quem neque fama deum nec fulmina nec minitanti
murmure compressit caelum, sed eo magis acrem
inritat animi virtutem, ecfringere ut arta 70
naturae primus portarum claustra cupiret¹.
Ergo vivida vis animi pervicit, et extra
processit longe flammantia moenia mundi ;
atque omne immensum peragravit mente animoque,
unde refert nobis victor quid possit oriri, 75
quid nequeat, finita potestas denique cuique
quanam sit ratione atque alte terminus haerens.
Quare religio pedibus subiecta vicissim
opteritur, nos exaequat victoria caelo.

Lucrèce, *De la Nature*, I, 62-79.

¹ Le verbe est exceptionnellement conjugué ici comme un verbe de la 4^e conjugaison.

**Exemple d'une action impie
accomplie au nom de la religion**

Aulide quo pacto¹ Triviai virginis aram
Iphianassai² turparunt³ sanguine foede 85
ductores Danaum delecti, prima virorum⁴.
Cui simul infula virgineos circum data comptus
ex utraque pari malarum parte profusast⁵,
et maestum simul ante aras adstare parentem
sensit et hunc propter ferrum celare ministros 90
aspectuque suo lacrimas effundere civis,
muta metu terram genibus summissa petebat.
Nec miserae prodesse in tali tempore quibat⁶,
quod patrio princeps donarat nomine regem ;
nam sublata virum manibus tremibundaque ad aras 95
deductast, non ut sollemni more sacrorum
perfecto posset claro comitari Hymenaeo,
sed casta incestu nubendi tempore in ipso
hostia concideret mactatu maesta parentis,
exitus ut classi felix faustusque daretur. 100
Tantum religio potuit suadere malorum !

Lucrèce, *De la Nature*, I, 84-101.

¹ *Quo pacto* : ainsi. Lucrèce vient d'exprimer l'idée que des actions impies peuvent être accomplies au nom de la religion.

² *Iphianassai* = *Iphianassae* (autre nom d'Iphigénie), de même que *Triviai* = *Triviae*.

³ *turparunt* = *turpaverunt*. Et v. 94 : *donarat* = *donaverat*.

⁴ *prima* (n. pl.) + génitif partitif : l'élite de, le premier rang de.

⁵ *profusast* = *profusa est*. Et v. 96 : *deductast* = *deducta est*.

⁶ Imparfait de *queo, is, ire, ivi, itum*.

Religion des Germains

Tacite décrit, dans *La Germanie*, le pays, ses habitants, et ici leurs dieux et leurs rites.

Deorum maxime Mercurium¹ colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem et Martem² concessis animalibus placant. Pars Sueborum et Isidi³ sacrificat : unde causa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnae figuratum docet advectam religionem. Ceterum nec cohibere parietibus deos neque in ullam humani oris speciem adsimulare ex magnitudine⁴ caelestium arbitrantur ; lucos ac nemora consecrant deorumque nominibus appellant secretum illud quod sola reverentia vident. Auspicia sortesque ut qui⁵ maxime observant ; sortium consuetudo simplex : virgam frugiferae arbori decisam in surculos amputant eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. Mox, si publice consulitur, sacerdos civitatis, sin privatim, ipse pater familiae, precatus deos caelumque suspiciens ter singulos tollit, sublatis secundum impressam ante notam interpretatur.

Tacite, la Germanie
IX - X, 2

¹ Tacite, comme César pour les Gaulois, considère Mercure comme le dieu principal des Germains. G. Dumézil pense qu'il a été identifié avec le dieu Odhinn, souvent vu comme un voyageur.

² Hercule et Mars ont eux aussi été identifiés avec des divinités scandinaves, respectivement Thôrr (géant armé d'un marteau gigantesque) et Týr (dieu de la guerre, intrépide et courageux).

³ Le culte d'Isis est répandu au premier siècle. Des symboles isiaques ont été retrouvés en Allemagne du Sud et en Suisse, mais Isis a peut-être été aussi identifiée avec une divinité germanique comme Nerthus.

⁴ < esse > ex magnitudine caelestium.

⁵ Expression elliptique, où il faut prendre *ut* au sens I, A 1, d) du dictionnaire : *te colam ut quem diligentissime* « je te serai toujours dévoué autant qu'on peut l'être à quelqu'un au monde ».

Série Sc. HUMAINES LATIN

A Bacchus

Quo me, Bacche, rapis tui
plenum ? Quae nemora aut quos agor in specus
velox mente nova ? Quibus
antris egregii Caesaris audiar
aeternum meditans decus 5
stellis¹ inserere et consilio Iovis ?
Dicam insigne, recens, adhuc
indictum ore alio². Non secus in iugis
exsomnis stupet Euhias³
Hebrum prospiciens et nive candidam 10
Thracen ac pede barbaro
lustratam Rhodopen, ut mihi devio
ripas et vacuum nemus
mirari libet. O Naiadum⁴ potens
Baccharumque valentium 15
proceras manibus vertere⁵ fraxinos,
nil parvum aut humili modo,
nil mortale loquar. Dulce periculum est,
o Lenaeae, sequi deum
cingentem viridi tempora pampino. 20

Horace, *Odes*, III, 25.

¹ Allusion au *sidus Iulium*, « l'étoile Julienne », comète apparue après la mort de César, et symbolisant ensuite la fortune des Césars.

² Il s'agit peut-être de célébrer Actium, ou l'élévation d'Octave au titre d'Auguste.

³ *Euhias*, *adis*, f. : la bacchante.

⁴ Il s'agit des nymphes qui avaient élevé Dionysos sur la montagne de Nysa.

⁵ L'infinif est ici complément de l'adjectif *valentium*.

Hommage à Auguste

Le poète s'adresse ici à Auguste, parti en Germanie et en Gaule rétablir la sécurité des frontières et affermir l'autorité romaine entre 16 et 13 av. J.-C.

Divis orte bonis, optume Romulae 1
custos gentis, abes iam nimium diu ;
maturum reditum pollicitus patrum
sancto concilio, redi.

[...]

Quis Parthum¹ paveat, quis gelidum Scythen, 25
quis Germania quos horrida parturit
fetus² incolumi Caesare ? Quis ferae
bellum curet Hiberiae ?

Condit quisque diem collibus in suis
et vitem viduas ducit ad arbores³ ; 30
hinc ad vina redit laetus et alteris
te mensis adhibet deum.

Te multa prece, te prosequitur mero
defuso pateris, et Laribus tuum
miscet numen, uti⁴ Graecia Castoris 35
et magni memor Herculis.

« Longas o utinam, dux bone, ferias
praestes Hesperiae » dicimus integro
sicci mane die, dicimus uvidi,
cum sol Oceano subest. 40

Horace, *Odes*, IV, 5.

¹ L'an 20 av. J.-C., Phraates, roi des Parthes, avait rendu aux Romains les aigles prises à Crassus ; l'an 16, les Sarmates, peuple scythique, avaient été rejetés au-delà du Don ; la même année, les Sygambres, peuple de la Germanie, avaient repassé le Rhin à l'approche d'Auguste ; en Espagne, la guerre contre les Cantabres n'était pas entièrement éteinte, mais, depuis la défaite qu'Agrippa leur avait infligée en 19, ils ne menaçaient plus sérieusement la domination romaine.

² Comprendre : *quis < paveat > fetus quos Germania horrida parturit ?*

³ Au lieu d'utiliser des échelas, les Romains cultivaient parfois la vigne en la « mariant » à un arbre, c'est-à-dire en la faisant grimper sur ses branches, utilisant ainsi l'arbre comme un support vivant.

⁴ *Uti = ut*

Que devient la piété si les dieux sont indifférents aux hommes ?

Selon Cicéron, la plupart des philosophes admettent l'existence des dieux, « mais la grande question, dans cette affaire, est de savoir si les dieux ne font rien, ne s'occupent de rien, sont exempts de toute charge dans le gouvernement du monde, ou si au contraire, ce sont eux qui, dès l'origine, ont fait et établi toutes choses et qui les dirigent et les font mouvoir pour une durée illimitée ».

Sunt enim philosophi et fuerunt qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationem deos. Quorum si vera sententia est, quae potest esse pietas, quae sanctitas, quae religio? Haec enim omnia pure atque caste tribuenda deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab is et si est aliquid a deis immortalibus hominum generi tributum; sin autem dei neque possunt nos iuvare nec volunt nec omnino curant nec quid agamus animadvertunt nec est quod ab is ad hominum vitam permanare possit, quid est quod ullos deis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In specie autem fictae simulationis sicut reliquae virtutes item pietas inesse non potest; cum qua simul sanctitatem et religionem tolli necesse est, quibus sublatis perturbatio vitae sequitur et magna confusio; atque haut scio an pietate adversus deos sublata fides etiam et societas generis humani et una excellentissima¹ virtus, iustitia, tollatur.

Cicéron, *De la nature des dieux*, I, 3.

¹ excellentissima = excellentissima

Le monde a-t-il été organisé par les dieux pour les hommes ?

Selon Cicéron, la plupart des philosophes admettent l'existence des dieux, « mais la grande question, dans cette affaire, est de savoir si les dieux ne font rien, ne s'occupent de rien, sont exempts de toute charge dans le gouvernement du monde, ou si au contraire, ce sont eux qui, dès l'origine, ont fait et établi toutes choses et qui les dirigent et les font mouvoir pour une durée illimitée ». Après avoir exposé la première de ces deux positions, Cicéron présente les implications de la seconde.

Sunt autem alii philosophi, et hi quidem magni atque nobiles, qui deorum mente atque ratione omnem mundum administrari et regi censeant, neque vero id solum, sed etiam ab isdem hominum vitae consuli et provideri ; nam et fruges et reliqua quae terra pariat et tempestates ac temporum varietates caelique mutationes, quibus omnia quae terra gignat maturata pubescant, a dis immortalibus tribui generi humano putant, multaque quae dicuntur in his libris colligunt, quae talia sunt ut ea ipsa dei immortales ad usum hominum fabricati paene videantur. Contra quos Carneades³ ita multa disseruit, ut excitaret homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem. Res enim nulla est de qua tantopere non solum indocti sed etiam docti dissentiant ; quorum opiniones cum tam variae sint tamque inter se dissidentes, alterum¹ fieri profecto potest ut earum nulla, alterum certe non potest ut plus una vera sit².

Cicéron, *De natura deorum*, I, 4-5.

¹ Alterum... alterum : comprendre « d'une part..., d'autre part... »

² Comprendre : alterum fieri profecto potest ut earum nulla < vera sit >, alterum certe non potest < fieri > ut plus una vera sit

³ Carnéade: philosophe sceptique, disciple de la Nouvelle Académie.

La forme humaine des dieux est une invention des hommes

Après avoir écouté l'exposé de l'épicurien Velléius, Cotta, formé par la nouvelle Académie, discute l'opinion que celui-ci vient d'exprimer selon laquelle les dieux ont forme humaine.

Primum omnium quis tam caecus in contemplandis rebus umquam fuit, ut non videret species istas hominum conlatas¹ in deos aut consilio quodam sapientium, quo² facilius animos imperitorum ad deorum cultum a vitae pravitate converterent, aut superstitione, ut essent simulacra quae venerantes deos ipsos se adire crederent³. Auxerunt autem haec eadem poetae, pictores, opifices ; erat enim non facile agentes aliquid et molientes deos in aliarum formarum imitatione servare⁴.

Accessit etiam ista opinio fortasse, quod homini homine pulchrius nihil videatur. [...] An putas ullam esse terra marique beluam quae non sui generis belua maxime delectetur ? Quod ni⁵ ita esset, cur non gestiret taurus equae contrectatione, equus vaccae ? An tu aquilam aut leonem aut delphinum ullam anteferre censes figuram suae ? Quid igitur mirum⁶ si hoc eodem modo homini natura praescripsit ut nihil pulchrius quam hominem putaret ?

Cicéron, *De la nature des dieux*, I, 77.

¹ *conlatas* < *esse* >.

² *quo* = *ut* final, devant un comparatif.

³ Le sujet de *crederent* est implicite : il s'agit des hommes superstitieux.

⁴ Ici, *servare* a le sens de « représenter ».

⁵ *Quod* est un relatif de liaison ; *ni* = *nisi*.

⁶ *mirum* < *est* >.

De la manifestation des dieux dans l'histoire romaine

Le stoïcien Balbus commence son exposé par l'affirmation que l'existence des dieux ne peut pas être mise en doute, car ils manifestent leur présence par de nombreux signes.

Quod si ea ficta¹ credimus licentia fabularum, Mopsum, Tiresiam, Amphiarum, Calchantem, Helenum [...], ne domesticis quidem exemplis docti numen deorum conprobabimus ? Nihil² nos P. Claudii³ bello Punico primo temeritas movebit, qui etiam per iocum deos inridens, cum cavea liberati pulli⁴ non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, ut biberent, quoniam esse⁵ nollent ? Qui risus, classe devicta, multas ipsi lacrimas, magnam populo Romano cladem attulit. Quid⁶ collega eius, L. Iunius, eodem bello nonne tempestate classem amisit, cum auspiciis non paruisset ? Itaque Clodius a populo condemnatus est, Iunius necem sibi ipse conscivit.

C. Flaminium⁷ Coelius religione neglecta cecidisse apud Trasimenum scribit cum magno rei publicae vulnere. Quorum exitio intellegi potest eorum imperiis rem publicam amplificatam qui religionibus paruissent. Et si conferre volumus nostra cum externis, ceteris rebus aut pares aut etiam inferiores reperiemur, religione (id est cultu deorum) multo superiores.

Cicéron, *De la nature des dieux*, II, 7-8.

¹ *ea ficta* < *esse* > ; le pronom *ea* est développé par l'énumération *Mopsum, Tiresiam*, etc.

² Accusatif de relation : « en rien ».

³ Publius Claudius Pulcher, consul en 249, perdit contre les Carthaginois les deux tiers de sa flotte à Drépane (en Sicile). Lucius Junius Pullus fut consul avec lui en 249.

⁴ Il s'agit des poulets sacrés dont l'appétit est observé dans le rite du *tripudium*.

⁵ Attention, il s'agit de l'infinitif du verbe *edo*, « manger ».

⁶ *Quid* ? formule oratoire de transition qui marque ici une énumération pressante : « et puis ? »

⁷ La défaite subie par Caius Flaminius (consul pour la 2^e fois en 217) contre Hannibal est causée par une faute dans l'observation du rituel, selon la source de Cicéron, l'historien Coelius Antipater. On ignore quelle était cette faute.

Apothéose de Romulus (Ovide, *Métamorphoses*, XIV)

812-828

Romulus, premier roi de Rome, a réussi à établir la paix entre son peuple et les Sabins. Mars intercède en sa faveur auprès de Jupiter pour que le père des Dieux honore sa promesse et réserve une digne fin à Romulus.

« Tu mihi, concilio quondam praesente deorum,

(nam memoro memorique animo pia verba notavi)

“unus erit, quem tu tolles in caerula caeli”

Dixisti : rata sit verborum summa tuorum! » 815

Adnuit omnipotens et nubibus aera caecis

occuluit tonitruque et fulgure terruit orbem.

Quae sibi promissae sensit rata signa rapinae,

innixusque hastae pressos temone cruento

inavidus conscendit equos Gradivus¹ et ictu 820

verberis increpuit pronusque per aera lapsus

constitit in summo nemorosi colle Palati ;

reddentemque suo non regia iura Quiriti²

abstulit Iliaden ; corpus mortale per auras

dilapsum³ tenues, ut lata plumbea funda 825

missa solet medio glans intabescere caelo ;

pulchra subit facies et pulvinaribus altis

dignior, est qualis trabeati forma Quirini⁴.

¹ *Gradivus* : Mars.

² Singulier collectif.

³ *Dilapsum* < est >.

⁴ *Quirinus* est le nom de Romulus après sa mort. C'était un Dieu des Sabins, qui a été intégré à la religion romaine, et identifié par la suite à Romulus déifié.

Simplicité et rusticité des cultes primitifs à Rome

Propertius décrit ici un âge d'or exempt des débordements contemporains.

Curia, praetexto quae nunc nitet alta senatu,

pellitos habuit, rustica corda, Patres.

Bucina cogebat priscos ad uerba Quirites :

centum illi in prato saepe senatus erat.

Nec sinuosa cauo pendebant uela theatro,

pulpita sollemnis non oluere¹ crocos.

Nulli cura fuit externos quaerere diuos,

cum tremere patrio pendula² turba sacro,

annuaque accenso celebrante Parilia³ faeno,

qualia nunc curto⁴ lustra nouantur equo.

Vesta⁵ coronatis pauper gaudebat asellis,

ducebant macrae uilia sacra boues.

Parua saginati lustrabant compita⁶ porci,

pastor et ad calamos exta litabat ouis.

Verbera pellitus saetosa mouebat arator,

unde licens Fabius sacra Lupercus⁷ habet⁸.

Nec rudis infestis miles radiabat in armis :

miscebant usta proelia nuda sude.

Propertius
IV, 1, 11-28

¹ *oluere* = *oluerunt*.

² *pendulus* (de *pendeo*) : qui est en l'air, donc qui saute, qui danse.

³ Les Palilies ou Parilies sont des fêtes en l'honneur de Palès, déesse des bergers et des pâturages, célébrées le 21 avril.

⁴ *curtus equus* : « cheval écourté », car une fois sacrifié, on lui coupait la queue.

⁵ Les *Vestalia* étaient célébrées le 9 juin. Ce jour-là, des ânes étaient couronnés de fleurs et ne travaillaient pas.

⁶ Les *Compitalia*, en l'honneur des *compita* (carrefours) étaient célébrées fin décembre ou début janvier, et marquaient la fin de l'année agricole.

⁷ Fabius institua le collège des Luperques sous Romulus, d'où sa qualification ici par « Lupercus ».

⁸ Les *Lupercalia* (Lupercas) se fêtaient le 15 février, à la fin de l'année romaine. C'était une fête de purification, comprenant un rite de fécondité : les Luperques, revêtus de lanières taillées dans la peau du bouc sacrifié, fouettaient les femmes désirant un enfant pour les rendre fécondes.

Junon déchaîne sa colère contre Hercule

Au premier acte de l'*Hercule Furieux* de Sénèque, Junon expose les raisons de sa colère contre le héros : fils des amours volages de Zeus et d'Alcmène, il aspire à une destinée céleste ; en outre les épreuves qu'elle lui a imposées, loin de le briser, lui ont valu une gloire grandissante. La déesse cherche donc un moyen radical de l'anéantir.

[75] Perge, ira, perge, et magna meditantem opprime,

congrederere, manibus ipsa iam lacera tuis.

Quid tanta mandas odia ? discedant ferae,

ipse imperando fessus Eurystheus¹ uacet.

Titanas ausos rumpere imperium Iouis

[80] emitte, Siculi uerticis² laxa specum,

tellus gigante Doris excusso tremens

supposita monstri colla terrifici leuet³,

sublimis alias luna concipiat feras.

Sed uicit ista. Quaeris Alcidae parem ?

[85] Nemo est, nisi ipse : bella iam secum gerat.

Adsint ab imo Tartari fundo excitae

Eumenides : ignem flammeae spargant comae ;

uipe rea saevae uerbera incutiant manus,

I, nunc, superbe, caelitum sedes pete,

[90] humana temne. Iam Styga et manes ferox

fugisse credis ?⁴ Hic tibi ostendam inferos.

Sénèque, *Hercule Furieux*
75-91

¹ Eurysthée : après (dans la version traditionnelle, mais avant dans la tragédie de Sénèque) la folie d'Hercule, l'oracle de Delphes lui enjoint de servir en expiation Eurysthée, roi d'Argolide, pendant douze années. Il lui imposa de nombreuses tâches qu'on appela les Douze Travaux.

² *Siculi uerticis* : c'est-à-dire l'Etna.

³ Allusion à la bataille des dieux et des Géants, remportés par les premiers grâce à l'aide d'Hercule. Une fois battus, on pensa qu'ils furent enterrés sous des volcans en Grèce et en Italie.

⁴ Allusion au dernier des Travaux : le voyage aux Enfers à la recherche de Cerbère.

LES DÉBUTS DE LA RÉPUBLIQUE ROMAINE

Libertatis autem originem inde magis quia annum imperium consulare factum est quam quod deminutum quicquam sit ex regia potestate numeres¹. Omnia iura, omnia insignia primi consules tenuere² ; id modo cautum est ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror uideretur. Brutus prior, concedente collega, fasces habuit ; qui non acrior uindex libertatis fuerat quam deinde custos fuit. Omnium primum audum nouae libertatis populum, ne postmodum flecti precibus aut donis regiis posset, iure iurando adegit neminem Romae passuros regnare. Deinde quo plus uirium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, caedibus regis deminutum Patrum numerum primoribus equestris gradus lectis ad trecentorum summam expleuit, traditumque inde fertur ut in senatum uocarentur qui Patres quique conscripti essent ; conscriptos uidelicet [nouum senatum]³ appellabant lectos. Id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis iungendosque Patribus plebis animos.

¹ *Libertatis autem originem inde ... numeres* : trad. « D'ailleurs on date le début de l'ère républicaine de ce moment ... »

² *tenuere* = *tenuerunt*

³ Les mots entre [...] ne sont pas à traduire.

Latin L.A
lett. Modernes

PROBLÈMES POSÉS PAR UN JUGEMENT

Pline rend compte à un ami de l'issue d'une affaire où il a lui-même plaidé. La dernière partie de cette affaire concernait un sénateur, Firmicus, accusé de mauvaise gestion et de corruption. La peine retenue pour cet homme pose pour Pline plusieurs sortes de problèmes en termes de pouvoir(s).

Firminus inductus in senatum respondit crimini noto. Secutae sunt diuersae sententiae consulum designatorum. Cornutus Tertullus censuit ordine mouendum¹, Acutius Nerua in sortitione prouinciae rationem eius non habendam. Quae sententia tamquam mitior uicit, cum sit alioqui durior tristiorque. Quid enim miserius quam exsectum et exemptum honoribus senatoriis, labore et molestia non carere ? quid grauius quam tanta ignominia affectum non in solitudine latere, sed in hac altissima specula conspiciendum se monstrandumque praeberere ? Praeterea quid publice minus aut congruens aut decorum ? notatum a senatu in senatu sedere, ipsisque illis a quibus sit notatus aequari ; summotum a proconsulatu quia se in legatione turpiter gesserat, de proconsulibus iudicare, damnatumque sordium uel damnare alios uel absoluere ! Sed hoc pluribus uisum est. Numerantur enim sententiae, non ponderantur; nec aliud in publico consilio potest fieri, in quo nihil est tam inaequale quam aequalitas ipsa. Nam cum sit impar prudentia, par omnium ius est.

¹ Mouendum <esse>. De même, à la fin de la phrase : habendam <esse>.

Lahin LA
Lett. Moderne

ÉNÉE NE POUVAIT PAS RÉGNER SUR CARTHAGE !

Jupiter a envoyé Mercure pour qu'il avertisse Énée qu'il doit quitter Carthage pour accomplir sa mission et être le chef qui était attendu.

Aenean fundantem arces ac tecta nouantem 260

conspicit¹. Atque illi stellatus iaspide fulua
ensis erat Tyrioque ardebat murice laena
demissa ex umeris, diues² quae munera² Dido
fecerat, et tenui telas discreuerat auro.

Continuo inuadit : « tu nunc Karthaginis altae 265

fundamenta locas pulchramque uxorius urbem
exstruis ? heu, regni rerumque oblite tuarum !

Ipse deum³ tibi me claro demittit Olympo
regnator, caelum et terras qui numine torquet,
ipse haec ferre iubet celeris mandata per auras: 270

quid struis ? aut qua spe Libycis teris otia terris ?

Si te nulla mouet tantarum gloria rerum

Ascanium surgentem et spes heredis Iuli

respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus 275

debentur. » Tali Cyllenius⁴ ore locutus

mortalis uisus medio sermone reliquit

et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

¹ A pour sujet Mercure.

² Construire : *munera quae diues Dido...*

³ *Deum* = *deorum*

⁴ Mercure était né sur le mont Cyllène en Arcadie.

dahn L.A
lett. Modernes

Au début du livre 10 de l'Énéide, prend place un Conseil des dieux au cours duquel les déesses Junon et Vénus s'opposent violemment. Jupiter intervient alors.

Tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas, 100

infit¹ (eo dicente deum² domus alta silescit

et tremefacta solo tellus, silet arduus aether,

tum Zephyri posuere³, premit placida aequora pontus) :

« accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.

Quandoquidem Ausonios⁴ coniungi foedere Teucris 105

haud licitum⁵, nec uestra capit discordia finem,

quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secatur spem,

Tros Rutulusne fuat⁶, nullo discrimine habebo⁷,

seu fatis Italum castra obsidione tenentur⁸

siue errore malo Troiae⁹ monitisque sinistris. 110

Nec Rutulos soluo. Sua cuique exorsa laborem

fortunamque ferent. Rex Iuppiter omnibus idem.

Fata uiam inuenient. » Stygii per flumina fratris,

per pice torrentis atraque uoragine ripas

adnuat et totum nutu tremefecit Olympum. 115

Hic finis fandi. Solio tum Iuppiter aureo

surgit, caelicolae medium quem ad limina ducunt.

¹ *infit* <*fari*>

² *deum* = *deorum*

³ *posuere* = *posuerunt*

⁴ les « Ausoniens » : les peuples de l'Italie opposés aux Troyens

⁵ *licitum* <*est*>

⁶ *fuat* : subjonctif archaïque, pour *sit*.

⁷ *Habebo* a pour compléments *fortunam* et *spem*, antécédents placés dans les relatives.

⁸ Le camp des Troyens s'est en effet trouvé assiégé après qu'Énée a laissé ses hommes pour se rendre à Pallantée et chercher l'aide des Grecs d'Évandre et des Étrusques de Tarchon.

⁹ *Troiae* = *Troianorum*

LES GRENOUILLES QUI DEMANDENT UN ROI

Le fabuliste latin Phèdre rapporte cette fable qu'il dit reprendre au fabuliste grec Ésope : ce dernier l'avait racontée aux Athéniens, quand ceux-ci se plaignaient de la tyrannie de Pisistrate, établie après que la liberté, devenue excessive, eut bouleversé le gouvernement de la cité.

« Ranae, uagantes liberis paludibus, 10

clamore magno regem petiere ab Ioue,
qui dissolutos mores ui compesceret.

Pater deorum risit atque illis dedit
paruū tigillum, missum quod subito uadi 15
motu sonoque terruit pauidum genus.

Hoc mersum limo cum iaceret diutius,
forte una tacite profert e stagno caput,
et explorato rege cunctas euocat.

Illae timore posito certatim adnatant, 20
lignumque supra turba petulans insilit.

Quod cum inquinassent omni contumelia,
alium rogantes regem misere¹ ad Iouem,
inutilis quoniam esset qui fuerat datus.

Tum misit illis hydrum, qui dente aspero 25
corripere coepit singulas. Frustra necem
fugitant inertes; uocem praecludit metus.

Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Iouem,
adflictis ut succurrat. Tunc contra Tonans

"Quia noluistis uestrum ferre" inquit "bonum, 30
malum perferte". Vos quoque, o ciues », ait²,
« hoc sustinete, maius ne ueniat, malum ».

¹ misere = miserunt.

² Le sujet est Ésope.

latin LA
lett. Flodernes

JUGEMENT DE TITE-LIVE SUR LES ROIS DE ROME

Liberi iam hinc populi Romani res pace belloque gestas, annuos magistratus, imperiaque legum potentiora quam hominum peragam. Quae libertas ut laetior esset proximi regis superbia fecerat. Nam priores ita regnarunt ut haud immerito omnes deinceps conditores partium certe urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addiderunt, numerentur ; neque ambigitur quin Brutus idem qui tantum gloriae superbo exacto rege meruit pessimo publico id facturum fuerit, si libertatis immaturae cupidine priorum regum alicui regnum extorsisset. Quid enim futurum fuit, si illa pastorum conuenarumque plebs, transfuga ex suis populis, sub tutela inuiolati templi aut libertatem aut certe impunitatem adeptam, soluta regio metu agitari coepta esset tribuniciis procellis, et in aliena urbe cum patribus serere certamina, priusquam pignora coniugum ac liberorum caritasque ipsius soli, cui longo tempore adsuescitur, animos eorum consociasset¹ ?

¹ *consociasset = consociauisset*

daton LA
lett. Modernes

SOLIDARITÉ ENTRE ROIS

Iam Tarquinius ad Lartem Porsennam, Clusinum regem, perfugerant. Ibi, miscendo consilium precesque nunc orabant, 'ne se, oriundos ex Etruscis, eiusdem sanguinis nominisque, egentes exsulare pateretur', nunc monebant etiam 'ne orientem morem pellendi reges inultum sineret. Satis libertatem ipsam habere dulcedinis : nisi, quanta ui ciuitates eam expetant, tanta regna reges defendant, aequari summa infimis ; nihil excelsum, nihil quod supra cetera emineat, in ciuitatibus fore ; adesse finem regnis, rei inter deos hominesque pulcherrimae'. Porsenna cum regem esse Romae, tum Etruscae gentis regem, amplum¹ Tuscis ratus², Romam infesto exercitu uenit. Non unquam alias ante tantus terror senatum inuasit ; adeo ualida res tum Clusina erat magnumque Porsennae nomen. Nec hostes modo timebant sed suosmet ipsi ciues, ne Romana plebs, metu perculsa, receptis in urbem regibus uel cum seruitute pacem acciperet.

¹ *amplus alicui* : « avantageux pour quelqu'un »

² *ratus* : ce participe est construit avec une proposition infinitive en fonction de cod et l'adjectif *amplum* comme attribut de ce cod.

Labien LA
lett Modernes

UN BON PRINCE DOIT SAVOIR FAIRE PREUVE DE CLÉMENTENCE

Le philosophe Sénèque s'adresse à Néron

A duabus causis punire princeps solet, si aut se vindicat aut alium. Prius de ea parte disseram, quae ipsum contingit ; difficilius est enim moderari, ubi dolori debetur ultio, quam ubi exemplo. Superuacuum est hoc loco admonere, ne facile credat, ut uerum excutiat, ut innocentiae faueat et, ut adpareat, non minorem agi rem periclitantis quam iudicis sciat ; hoc enim ad iustitiam, non ad clementiam pertinet ; nunc illum hortamur, ut manifeste laesus animum in potestate habeat et poenam, si tuto poterit, donet, si minus, temperet longeque sit in suis quam in alienis iniuriis exorabilior. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahit, ita clementem uocabo non in alieno dolore facilem, sed eum, qui, cum suis stimulis exagitetur, non prosilit, qui intellegit magni animi esse iniurias in summa potentia pati.

RAISONS POUR LESQUELLES LE GOUVERNEMENT ARISTOCRATIQUE EST LE MEILLEUR POUR
UNE CITÉ

Virtute uero gubernante rem publicam quid potest esse praeclarius ? cum is, qui imperat aliis, seruit ipse nulli cupiditati, cum, quas ad res ciuis instituit et uocat, eas omnis complexus est ipse nec leges inponit populo, quibus ipse non pareat, sed suam uitam ut legem praefert suis ciuibus. Qui si unus satis omnia consequi posset, nihil opus esset pluribus ; si uniuersi uidere optimum et in eo consentire possent, nemo delectos principes quaereret. Difficultas ineundi consilii rem a rege ad plures, error et temeritas populorum a multitudine ad paucos transtulit. Sic inter infirmitatem unius temeritatemque multorum medium optimates possederunt locum, quo nihil potest esse moderatius ; quibus rem publicam tuentibus beatissimos esse populos necesse est, uacuos omni cura et cogitatione, aliis permisso otio suo, quibus id tuendum est neque committendum, ut sua commoda populus neglegi a principibus putet.

Latin L.A
lett. Modernes

DE L'IMPORTANCE DES SIGNES EXTÉRIEURS DE POUVOIR

Un des premiers consuls de l'histoire romaine, Publius Valerius (surnommé Publicola à la suite de l'événement ici raconté), se retrouve tout à coup suspecté d'aspiration à la royauté après la mort de son collègue, Brutus, celui qui avait chassé les Tarquins.

Consuli deinde qui superfuerat¹, ut sunt mutabiles uolgi animi, ex fauore non inuidia modo sed suspicio etiam cum atroci crimine orta². Regnum eum adfectare fama ferebat, quia nec collegam subrogauerat in locum Bruti et aedificabat in summa Velia : ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fieri. Haec dicta uolgo creditaque cum indignitate angerent consulis animum, uocato ad concilium populo submissis fascibus in contionem escendit. Gratum multitudini spectaculum fuit, submissa sibi esse imperii insignia confessionemque factam populi quam consulis maiestatem uimque maiorem esse³.

Ibi audire iussis consul laudare fortunam collegae, quod liberata patria, in summo honore, pro re publica dimicans, matura gloria necdum se uertente in inuidiam, mortem occubuisset: se superstitem gloriae suae ad crimen atque inuidiam superesse; ex liberatore patriae ad Aquilios se Vitelliosque⁴ recidissee. "Nunquamne ergo", inquit, "ulla adeo uobis spectata⁵ uirtus erit, ut suspicione uiolari nequeat ? Ego me, illum acerrimum regum hostem, ipsum cupiditatis regni crimen subitum⁶ timerem ?⁷"

¹ Une bataille a opposé les Etrusques supportant les Tarquins, et les Romains : Brutus a été tué.

² orta <est>.

³ confessionemque factam <esse> maiestatem uimque populi maiorem quam consulis esse.

⁴ Ce sont les noms de deux grandes familles romaines qui s'étaient compromises avec les Tarquins après leur éviction.

⁵ spectata : emploi adjectival de spectatus, a, um, au sens de « éprouvé(e) », « reconnu(e) »

⁶ subitum <esse>.

⁷ Le discours continue : P. Valerius annonce dans la suite qu'il fera construire sa maison à un niveau plus bas que les habitations du peuple.

Latin LA
lett. Modernes

PROBLÈMES POSÉS PAR UN JUGEMENT

Pline rend compte à un ami de l'issue d'une affaire où il a lui-même plaidé. La dernière partie de cette affaire concernait un sénateur, Firmicus, accusé de mauvaise gestion et de corruption. La peine retenue pour cet homme pose pour Pline plusieurs sortes de problèmes en termes de pouvoir(s).

Firminus inductus in senatum respondit crimini noto. Secutae sunt diuersae sententiae consulum designatorum. Cornutus Tertullus censuit ordine mouendum¹, Acutius Nerua in sortitione prouinciae rationem eius non habendam. Quae sententia tamquam mitior uicit, cum sit alioqui durior tristiorque. Quid enim miserius quam exsectum et exemptum honoribus senatoriis, labore et molestia non carere ? quid grauius quam tanta ignominia affectum non in solitudine latere, sed in hac altissima specula conspiciendum se monstrandumque praebere ? Praeterea quid publice minus aut congruens aut decorum ? notatum a senatu in senatu sedere, ipsisque illis a quibus sit notatus aequari ; summotum a proconsulatu quia se in legatione turpiter gesserat, de proconsulibus iudicare, damnatumque sordium uel damnare alios uel absolvere ! Sed hoc pluribus uisum est. Numerantur enim sententiae, non ponderantur; nec aliud in publico consilio potest fieri, in quo nihil est tam inaequale quam aequalitas ipsa. Nam cum sit impar prudentia, par omnium ius est.

¹ *Mouendum <esse>*. De même, à la fin de la phrase : *habendam <esse>*.

Lahn LA
Pett. Modernes

LE DISCOURS D'UNE REINE

Didon s'adresse aux Troyens qui viennent d'arriver devant Carthage après avoir été séparés de leur chef Énée par la tempête.

Tum breuiter Dido uultum demissa profatur :
« Soluite corde metum, Teucri, secludite curas.
Res dura et regni nouitas me talia cogunt
moliri et late finis custode tueri.
Quis genus Aeneadum, quis Troiae nesciat urbem,
uirtutesque uirosque aut tanti incendia belli ?
Non obtunsa adeo gestamus pectora Poeni,
nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe.
Seu uos Hesperiam magnam Saturniaque arua
siue Erycis finis¹ regemque optatis Acesten,
auxilio tutos dimittam opibusque iuuabo.
Vultis et his mecum pariter considerare regnis ?
urbem quam statuo, uestra est ; subducite nauis ;
Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.
Atque utinam rex ipse Noto compulsus eodem
adforet Aeneas ! Equidem per litora certos
dimittam et Libyae lustrare extrema iubebo,
~~si quibus eiectus siluis aut urbibus errat. »~~

¹ *finis* = *fines* — l'expression *Erycis fines* désigne la Sicile, dont Eryx avait été roi.

Latin LA
lett. Modernes

QUI VEUT EXERCER DURABLEMENT LE POUVOIR N'A PAS INTÉRÊT À TROP SE FAIRE
CRAINdre

Omnium autem rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas quam diligere, nec alienius quam timeri. Praeclare enim Ennius : « Quem metuunt oderunt; quem quisque odit, perisse¹ expetit ». Multorum autem odiis nullas opes posse obsistere, si antea fuit ignotum, nuper est cognitum. Nec uero huius tyranni² solum, quem armis oppressa pertulit ciuitas ac paret cum maxime mortuo³, interitus declarat quantum odium hominum ualeat ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorum, quorum haud fere quisquam talem interitum effugit. Malus enim est custos diuturnitatis metus contraque beniuolentia fidelis uel ad perpetuitatem. Sed iis, qui ui oppressos imperio coercent, sit sane adhibenda saeuitia, ut eris⁴ in famulos, si aliter teneri non possunt; qui uero in libera ciuitate ita se instruunt ut metuantur, iis nihil potest esse dementius. Quamuis enim sint demersae leges alicuius opibus, quamuis timefacta libertas, emergunt tamen haec aliquando aut iudiciis tacitis aut occultis de honore suffragiis.

¹ <eum> perisse expetit.

² Il s'agit de Jules César.

³ Construire ac <cui> paret <ciuitas> cum maxime mortuo, avec cum maxime = « maintenant surtout », « maintenant précisément »

⁴ Voir à herus, i (ou erus, i).

Lahn LA
lett. Nocturnes

« Du souvenir des hauts faits des ancêtres »

Nam saepe ego audiui Q. Maximum, P. Scipionem¹, praeterea ciuitatis nostrae praeclaros uiros solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, uehementissime sibi animum ad uirtutem accendi. Scilicet non ceram illam neque figuram tantam uim in sese habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis uiris in pectore crescere neque prius sedari, quam² uirtus eorum famam atque gloriam adaequauerit. At contra quis est omnium his moribus, quin diuitiis et sumptibus, non probitate neque industria cum maioribus suis contendat ? Etiam homines noui, qui antea per uirtutem soliti erant nobilitatem anteuenire, furtim et per latrocinia potius quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur ; proinde quasi praetura et consulatus atque alia omnia huiusce modi per se ipsa clara et magnifica sint, ac non perinde habeantur ut eorum qui ea sustinent uirtus est.

Salluste, *Guerre de Jugurtha*, préface, 4

¹ Q. Fabius Maximus, surnommé *Cunctator* (le Temporisateur) et P. Cornelius Scipion, surnommé l'Africain : deux héros romains de la deuxième guerre punique.

² *prius... quam* = *priusquam*

« La vie est-elle brève ? »

« Vitam breuem esse, longam artem »¹. Inde Aristotelis cum rerum natura exigentis² minime conueniens sapienti uiro lis : « aetatis illam³ animalibus tantum indulsisse, ut quina aut dena saecula educerent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citiorem terminum stare ». Non exiguum temporis habemus, sed multum perdidimus. Satis longa uita et in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur ; sed ubi per luxum ac negligentiam diffluit, ubi nulli bonae rei impenditur, ultima demum necessitate cogente, quam⁴ ire non intelleximus transisse sentimus. Ita est : non accipimus breuem uitam sed fecimus, nec inopes eius sed prodigi sumus. Sicut amplae et regiae opes, ubi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur, at quamuis modicae, si bono custodi traditae sunt, usu crescunt : ita aetas nostra bene disponenti multum patet.

Sénèque, *De la brièveté de la vie*, 1, 2-4

¹ Traduction latine d'un aphorisme énoncé par Hippocrate.

² *exigo* ici : « délibérer, discuter »

³ *illam* = *naturam*.

⁴ *quam* = *eam uitam*

« Préface » du livre VI

Au début du livre VI, Tite-Live réfléchit sur la difficulté qu'il y a à proposer une histoire des premiers temps de Rome.

Quae ab condita urbe Roma ad captam eandem Romani sub regibus primum, consulibus deinde ac dictatoribus decemvirisque ac tribunis consularibus gessere, foris bella, domi seditiones, quinque libris exposui, res cum uetustate nimia obscuras uelut quae magno ex interuallo loci uix cernuntur, tum quod et rarae per eadem tempora litterae fuere, una custodia fidelis memoriae rerum gestarum, et quod, etiam si quae in commentariis pontificum¹ aliisque publicis priuatisque erant monumentis, incensa urbe pleraeque interiere. Clariora deinceps certioraque ab secunda origine, uelut ab stirpibus, laetius feraciusque renatae urbis gesta domi militiaeque exponentur. Ceterum², primo quo adminiculo erecta erat, eodem innixa M. Furio³ principe stetit, neque eum abdicare se dictatura nisi anno circumacto⁴ passi sunt.

TITE-LIVE, VI, 1

¹ *Commentarii pontificum* : il s'agit de la plus ancienne forme d'enregistrement des événements de l'année ; le grand pontife était chargé de noter en marge du calendrier les événements remarquables advenus durant l'année de son sacerdoce.

² *Ceterum* (adv.) : « d'ailleurs, du reste ».

³ M. Furius Camillus ou Camille, le personnage central du livre V, qui a permis la victoire au siège de Véies en 396 av. J.-C. et a vengé l'honneur romain après la prise de la ville par les Gaulois en 390 av. J.-C.

⁴ Il s'agit de l'année 390.